

August Varenius

**Qvod altissimæ suæ Majestati Sacrum Vetustissimæ, atavisq[ue] Regibus
exædificatæ Domui Mekleburgicæ gloriosum toti provinciæ ... Gustavi Adolphi ...**

Rostochii: Typis Friderici Keilenberg, [1679]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1854993542>

Druck Freier  Zugang



Qvod altissimæ suæ Majestati Sacrum
Vetustissimæ, aravisq; Regibus exædificatæ Domui Mekleburgicæ gloriosum
toti Provinciae, & huic quoq; Academiae felix & faustum
jubeat esse,

Ο ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΩΡ!

Serenissimi Ducis ac Domini, Domini
GUSTAVI ADOLPHI,
Ducis Meklenburgici, Principis Henetorum Sverini, & Raceburgi, Comitis Sverini,
terrarum Rostochii & Stargardiae Dynastæ, Academiae Patroni eminentissimi,

Nutritoris & Conservatoris clementissimi
Natalis dies, quarto Calendas Martii redibit
ad quem XLVI. abhinc annis

DEO OPT. MAX. sic arcanâ sanctissimaq; admirandæ suæ sapientiæ lege moderante
ut post tres PRINCIPES mares, nascendi ordine priores
Divo Genitore JOHANNE ALBERTO editos
ceterum festinatâ illis immortalitate, in primo ætatis flore in Paradisum cœlestem transplantatos
luculento & vel XXII. annorum intervallo
quin ex tertio demum tanti Ducis Parentis thalamo
nec, nisi ubi jam defævierat, quæ domum Principum ab anno hujus seculi XXIX. adusq; XXXI. triennium adeo, attonuerat
prodigiosa tempestas bellica

in ipsâ fede Ducali a. O. R. CIΩ IOC XXXIII. d. XXVI. Febr. nasceretur
futura aviti Patrimonii Hæres, & harum Albim inter & Baltim terrarum DOMINUS
PACIFICI magis, quàm BELLICOSI elogio futurus gloriosus
Cum illâ ipsâ natali luce, unâ saltem intercedente die, MATTHIÆ natali cœlesti, & CAROLINO terrestri posteriore
Diva Parens ELEONORA MARIA

non minùs intonare potuerit
quod post mortem JOHANNIS, Hispaniæ Infantis, & Isabellæ Emanuelis, ac ex hæc MICHAELIS
ad primum

de nato Gandavi, Flandriæ Metropoli, ipso MATTHIÆ solemnî die
Nepote CAROLO, inter Cæsares cognomines deinceps QVINTO

delatum sibi in Hispaniâ nuncium

latâ præfagaq; futuri mente intonuit, faustaq; applicatione ad causam præsentem accomodavit
Incomparabilis avia, ISABELLA Castellana
rata, fore ut vastissimorum patrimoniorum Regiorum fors æquè caderet in nepotem CAROLUM
ac olim, jacta fors, DEO directore, designarit MATTHIAM Apostolum
dum SORS CECIDIT IN MATTHIAM,

Cumq; in universâ pervetustæ Domus Mekleburgicæ & præcipuè GUSTAVI ADOLPHI Ducis Mekleburgici historia
Celsissimæ nativitatæ, sanctissimæ educationis
gloriosæ peregrinationis, Augusti Conjugii, & illustrissimæ subolis
exoptatissimi Regiminis, & Saluberrimæ administrationis
fulgidissima pariter ac cumulatisima pandantur

PROVIDENTIÆ DIVINÆ, BENIGNA DOMUI PRINCIPUM, DOCUMENTA

Uberrimam decoramq; Natali PRINCIPIS materiam ministrantia
ipsâ MATTHIÆ solemnî die, in Auditorio Majore, hora inde à 9. antemerid. sacra quâdam anticipatione
ac breviori & religiosiore prochronismo
illa repræsentare institui

Omnia simul, quæ & BONUS PRINCEPS exoptarit sibi, & fidelissimus quisq; subditus, OPTIMO PRINCIPI
& hæc inter, illud quoq; devotissimè precaturus

Ut, quemadmodum Celsissimi Avi ætatem XII. solidis annis, Magnanimi autem parentis, totidem diebus
supergressa benignissimi Patriæ Patris GUSTAVI ADOLPHI ætas jam est:
ita quicquid Celsissimorum illorum Principum annis, ex mensura numerorum in Davide Mosaicorum, defuit,
in supplementum, cœlo reservatum, absolvendo jamjam quadragesimo sexto ætatis anno accrescat
& incomparabilis quondam Principum ULRICI, Principis annos, ætatem supergressurus PRINCEPS
maçtam gloriâ & felicitate omnimodâ

Domum, Conjugem, subolem Celsissimam, Nepotes Neptesq; splendidissimos daturam, videat
ac, ubi concesserit (quod serò fiat!) superstite & imperante successore CAROLO
de animâ sanguine AGNI ab omnibus peccatis purgatâ in cœlis gaudeant ANGELI
Nominis autem, meritorumq; famam in terris grati prosequantur posteri!

Adeste frequentes! Animis favete & lingvis!

& GUSTAVO ADOLPHO

Principi & Domino clementissimo,
affectum mecum submississimum testaturi
OPTUME PRECAMINI!

P. P. Dom. Sexages. d. XXIII. Februarij an. CIΩ IOC LXXIX.

AUGUSTVS VARENIVS, D. Collegij Theol. Senior & h. t. DECANVS

ROSTOCHI, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.

1679.

(Kupsel)
Meklb. f. I.
270.

Qvod altissimæ suæ Majestati Sacrum
Vetustissimæ, aravisq; Regibus exædificatæ Domui Mekleburgicæ gloriosum
toti Provinciæ, & huic quoq; Academiæ felix & faustum
jubeat esse,

Ο ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΩΡ!

Serenissimi Ducis ac Domini, Domini
GUSTAVI ADOLPHI,

Ducis Meklenburgici, Principis Henetorum Sverini, & Raceburgi, Comitissverini,
terrarum Rostochii & Stargardiæ Dynastæ, Academiæ Patroni eminentissimi,

Nutritoris & Conservatoris clementissimi

Natalis dies, quarto Calendas Martii redibit

ad quem XLVI. abhinc annis

DEO OPT. MAX. sic arcanâ sanctissimæq; admirandæ suæ sapientiæ lege moderante

ut post es PRINCIPES mares, nascendi ordine priores

Genitore JOHANNE ALBERTO editos

ceterum festinatâ iustitiam, in primo ætatis flore in Paradisum cœlestem transplantatos

ante & vel XXII. annorum intervallo

in demum tanti Ducis Parentis thalamo

nec, nisi ubi jam defævierat, quævis in ipsum ab anno hujus seculi XXII. adusq; XXXI. triennium adeo, attonuerat

prodigiosa tempestas bellica

in ipsâ die O. R. CIO IOC XXXIII. d. XXVI. Febr. nasceretur

futurus aviti Patriæ & harum Albim inter & Baltim terrarum DOMINUS

PACIFICUS in BELlicosI elogio futurus gloriosus

Cum illâ ipsâ natali luce, unâ saltem in MATTHIÆ natali cœlesti, & CAROLINO terrestri posteriore

Die EONORA MARIA

attonare potuerit

quod post mortem JOHANNIS, & Isabellæ Emanuelis, ac ex hac MICHAELIS

num

de nato Gandavi, Flandriæ, ipso MATTHIÆ solemnè die

Nepote CAROLO, inter nomines deinceps QVINTO

delatum, & præsentia nunciium

latâ præfagaq; futuri mente intonuit, favore ad causam præsentem accommodavit

Incomparabili, & CASTELLANA

rata, fore ut vastissimorum patrimoniorum Rostochii, nequè caderet in nepotem CAROLUM

ac olim, jacta fors, DEO directore, MATTHIAM Apostolum

dum SORS CECIDIT, MATTHIAM,

Cumq; in universâ pervetustæ Domus Mekleburgicæ & Principis GUSTAVI ADOLPHI Ducis Mekleburgici historiâ

Celsissimæ nativitatiss, & generationis

gloriosæ peregrinationis, Augusti Celsissimæ subolis

exoptatissimi Regiminis, & Saluberrimæ Administrationis

fulgidissima pariter ac cumulata, & innotuerunt

PROVIDENTIÆ DIVINÆ, BENIGNA DOMINI PRINCIPUM, DOCUMENTA

Uberrimam decoramq; Natali PRINCIPIS matris, & præsentia

ipsâ MATTHIÆ solemnè die, in Auditorio Majore, horâ inde à g. & quâdam anticipatione

ac breviori & religiosiore prochronè

illa repræsentare institui

Omnia simul, quæ & BONUS PRINCEPS exoptarit sibi, & fidelissimus, OPTIMO PRINCIPI

& hæc inter, illud quoq; devotissimè præsentavit

Ut, quemadmodum Celsissimi Avi ætatem XII. solidis annis, Magnanimè præsentavit, totidem diebus

supergressa benignissimi Patriæ Patri GUSTAVI ADOLPHI, præsentavit

ita quicquid Celsissimorum illorum Principum annis, ex mensura numerorum, præsentavit de Mosaicorum, defuit,

in supplementum, cœlo reservatum, absolvendo jamjam quadragesimo seculo, ætatis anno accrescat

& incomparabilis quondam Principum ULRICI, Principis annos, ætatem supergressurus PRINCEPS

maestam gloriâ & felicitate omnimodâ

Domum, Conjugem, subolem Celsissimam, Nepotes Neptesq; splendidissimos daturam, videat

ac, ubi concesserit (quod serò fiat!) superstite & imperante successore CAROLO

de animâ sanguine AGNI ab omnibus peccatis purgatâ in cœlis gaudeant ANGELI

Nominis autem, meritorumq; famam in terris grati prosequantur posteri!

Adeste frequentes! Animis favete & lingvis!

& GUSTAVO ADOLPHO

Principi & Domino clementissimo,

affectum mecum submississimum testaturi

OPTUME PRECAMINI!

P. P. Dom. Sexages. d. XXIII. Februarij an. CIO IOC LXXIX.

AUGUSTVS VARENIUS, D. Collegij Theol. Senior & h. t. DECANUS

ROSTOCHI, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.

1679.

(Kupsel)
Meklb. f. I.
270.